

latinorum temptare ausus est. Quidam
in eo sedis sestos arbitrantur. & doctos.
si alieno operi d&rahant. & non quid ipsi
possint. sed quid nos non possimus diiudi
cent. Tu autem pammachi. qui nos hoc
facere praecipisti. necesse est. ut fautor sis
imperii tuo. & amafinio sacrabirios nī
temporis. quidegrecis bonis latini faciunt
non bona. & homines eloquentissimos ipsi
elingues transferunt euangelico calces.
pede utrimque & scorpium. iuxta fabulas
po&arum aduras cauterio solea conteras.
& sylleos canes ac mortifera carmina sy
renarum surda aure pertranseas.
Ut pariter audire & nos se ualeamus.
quid uaticin&ur. ose e. proph&a. in cuius
explanationē secundum dictamus librū.
Cumque tuo la&er āminiculo. & in pri
ma orbe terrarum primum & nobilitate.
& religione habere me gaudeam defen
sorem. tamen magis optarem illud mihi
contingere. quod titus libius scribit de
catone. Cuius glorie neque profuit quis
quā laudando nec uituperando docuit.
Cum utrumq; summis praediti fecerint
ingeniis. significat autem me ciceronem.
& caesarem quorum alter laudes alter
uituperationē supra dicti scribtori.
Dum enim uiuimus. in uase fragili contine
mur. Uidentur amicorum prodesse
studia. & nocere aemulorum obprobria.

Postquam autem reuersa fuerit terra in
terrā suam & tam nos qui scribimus. quā eos
qui de nobis iudicant. Pallida mors subtraxe
rit. & alia uenerit generatio. Primisque ca
dentibus filiis uirens silua subcreuerit. Tunc
sine nominum dignitate sola iudicantur inge
nia. Nec considerat. qui lecturus est. cuius sed
qualesit. quod lecturus est. siue ille eps. siue sit
laicus. imperator & dominus. miles & seruus.
aut purpura & serico. aut uilissimo panno la
ceat. Non bonorum diuersitate sed operum
merito iudicabitur.

Clangite bucina in gabaa. tuba in rama
ulā late in b&haben. post ergum tuum
beniamem. ephraim in desolatione erit. In
die correptionis in tribubus isrl ostendi fidē.
lxx. Clangite tuba super colles. sonate super
excelsa. predicate in domo. on̄. mente excidit
beniamin. ephraim in desolatione factus in die
bus correptionis in tribubus isrl ostendit
fidelia. Ephraim & isrl & iuda mensis singuli
siue rubigo cum suis pastibus deuorabunt.
Quam obrem praecipio uobis. qui auditis.
ut non uoce sublimi. sed clara bucina con
crep&is. Claro enim auditu. opus est. ut om̄s
audiant qui in circuitu sunt. Clangite buci
na in gabaa. cuius & himologiam in colles
septuaginta transtulerunt. & tu in ramaa
quae interpr&atur excelsa. Istae autem
duae sunt in tribu beniamin uicine sibi mu
tuo ciuitates. Id est gabaa in qua saul natus est

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc254/0052